BIBLIA LATINA, BD. 2

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

baptiste. ~~Et contristatus ē rex~~
~~propter ius iurandum et propt~~
~~simul discumbentes noluit eam~~
~~contristare. Sed misso spicula~~
Cumque introisset. statim cum festi
natōne ad regem. petiuit dicens
Volo ut protinus des michi ī disco
caput iohannis baptiste. Et cōtris
tatus est rex propter ius iurandū
et pter simul discumbentes nolu[it]
eam contristare. Sed misso spicla
tore precepit afferri caput iohan
nis baptiste ei in disco. & decollau[it]
eum in carcere. & attulit caput ei[us]
in disco. & dedit illud puelle. & puel
la dedit matri sue. Quo audito dis
cipuli eius uenerunt et tulerunt
corpus eius et sepelierunt illud ī
monumento. Et conueniētes a
postoli ad ihesum renunciauerūt
ei omnia que egerant & docuerāt
Et ait illis. Venite seorsum in deser
tum locum et requiescite pusillū
Erant enī qui ueniebant et redi
bant multi. et nec manducandi
spatium hēbant. Et ascendentes
nauim abierunt in desertum locū
seorsum et uiderunt eos abeun
tes. et cognouīnt multi. et pedes
tres de omnibus ciuitatibus con
cucurrerunt illuc et puenerūt eos
Et exiens ihesus uidit turbam
multam. et misertus est super
eos. quia erant sicut oues non
hn̄tes pastorem. et cepit eos do
cere multa. Et cum iam hora fi
eret multa accesserunt ad eum
discipuli dicentes. Desertus ē

locus hic. et iam hora pterijt
dimitte eos ut euntes in proximas
uillas et uicos emant sibi cibos
quos manducent. Et ait illis.
Date illis uos manducare. Et
dixerunt ei. Euntes emamus
denariis ducentis panes et da
bimus eis manducare. Et dicit
eis. Quod panes hētis. Ite et ui
dete. Et cum cognouissent dicūt
Quinque panes & duos pisces. Et
precepit illis. ut accumbere fa
cerent homines omnes. secundū
contubernia sup uiride fenum.
Et discubuerunt in partes p cen
tenos et quinquagenos. Et accep
tis quinque panibus et duobus pis
cibus intuens in celum. bndixit
et fregit panes & dedit discipulis
suis ut ponerēt ante eos. et duos
pisces diuisit omnibus. Et mā
ducauerunt omnes. & saturati sunt
et sustulerunt reliquias fragmē
torum duodecim cophinos plenos
et de piscibus. Erant enī qui mā
ducauerant quinque milia uirorum
Et statim coegit discipulos suos
ascendere nauem ut precederent
eum transfretum. a bethsaida d[um]
ipe dimitteret pplum. Et cum
dimisisset eos abiit in montem
orare. Et cum sero esset erat na
uis in medio mari & ipe solus erat
in terra. et uidens eos laborantes
in remigando. erat enī uentus cō
trarius eis. Et circa quartā ui
giliam noctis uenit ad eos am
bulans supra mare. et uolebat